



Bibliographische Daten

Titel: Expositio super toto psalterio
Ersteller: de Turrecremata Johannes
Signatur: 2 an Inc. 4. 2°

Die Nutzung der Digitalisate von gemeinfreien Werken aus den Sammlungen der Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg ist gemäß den Bedingungen der [Creative-Commons-Lizenz Public Domain Mark 1.0](#) uneingeschränkt und kostenfrei erlaubt.

Im Sinne guter wissenschaftlicher Praxis wird gebeten, bei der Verwendung von durch die Stadtbibliothek im Bildungscampus überlassenen Digitalisaten stets die Quellenangabe in folgender Form zu verwenden: Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg, [Bestandssignatur + Blatt/Seite]

Im Interesse einer laufenden Dokumentation und der Information für Benutzerinnen und Benutzer erbittet die Stadtbibliothek die Überlassung von Belegexemplaren oder Sonderdrucken von Veröffentlichungen, die aus der Benutzung von Handschriften und anderen Medien in den historischen Sammlungen der Stadtbibliothek hervorgegangen sind. Sollte eine Abgabe nicht möglich sein, wird um Mitteilung der bibliographischen Daten der Publikation gebeten.

nulli fraudes machinatus est. et obprobrium detractiois. aduersus
 proximos suos non accepit in corde temere aut libenter criminatoribus
 credendo. aut ore defectus eorum preteritos improperando. aut ad eorum
 infamiam alijs appellando. nec in aure libenter detractores audiendo. quod
 ita fortis est quod. Ad nichilum reputatus est in conspectu eius malignus op
 abolus vel homo mala suggerens. sed timentes deum. utpote vniuer
 sos dignos gloria et honore iudicat. et honorando demonstrat. Qui
 iurat proximo suo. aliqua facturum. et non decipit. sed ea firmiter ob
 seruat. quod pecuniam suam non dedit ad usuram. et munera ut innocentis
 causam deprecat non accepit. Qui facit hec que dicta sunt inconcussa
 stabilitate. in pace requiescet in monte sancto dei. monte felicitatis eterne

Psalmus. xv. in quo agit de christi resurrectione. Vox christi.

Qonserua me domine. inter pericula. et libera me de monte. et fac
 cito resuscitari de sepulcro. et debes. quomodo speravi in te. non in
 alio. et dixi domino corde ore opere. deus meus es tu. in eo quod homo sum
 et vere deus. quoniam bonorum meorum. aut alicuius alterius non eges. hoc est enim
 proprium tue diuinitatis. quod fons est omnis boni. sed ego secundum quod homo
 et mei egemus bonis tuis. inter alia a patre meo hoc obtinui. quod in
 sanctis apostolis et discipulis meis. qui spe ciues sunt terre. viuentium
 mirifice adimpleuit voluntates meas. illustrando eos luce sue sapi
 entie. et scientia predicandi. et confirmando miraculis predicaciones eorum
 bene autem mirificasti voluntates meas per sanctos meos apostolos.
 quoniam et si. Multiplicate fuerint. apud gentiles. cecitates procolate
 nichilominus per apostolorum meorum predicacionem dimissis procolis ad fidem.
 velociter concurrerunt. Non congregabo per apostolos conuetus fidelium
 secundum ritum veteris legis. non enim conuetus eorum erunt carnales
 nec de sanguinibus pecudum propiciatus congregabo eos. nec memor
 ero nominum eorum per labia mea. quia nomina illa antiqua que infideles
 habuerunt. per sequentem gratiam sunt commutata. prius enim dicta sunt
 filij ire. filij dyaboli. filij carnis. post aduentum domini sacris fontibus re
 nati appellati sunt christiani. filij dei. amici sponsi. Portio enim heredita
 ria mea. et meorum non est terrena tota delectatio. sed potus meus. et
 meorum non est carnalis. sed est deus. tu pater es qui per meritum pas
 sionis mee restitues hereditatem eterne glorie meis. quam in adam
 perdidderunt. **L**imites hereditatis mee quasi sorte ceciderunt. non tamen